



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

one. **ps.** Ad releuauit. **af** Su  
stinuit ania mea in uerbo do/  
mini sperauit anima mea i ip/  
so. **ps.** De profundis. **Hym**  
**nus.** caplm. h. vt s. **Sup mg.**  
**an.** Iste homo ab adolescen.  
herenei habuisti. **xxvi. augul.**  
**ferialiter sicut de mar. Collecta.**

**D**eus qui nos annua beato  
rum martirum tuorum herenei et  
abundi solennia celebrare con/  
cedis presta quoniam ut et deuotis  
eadem mentibus celebremus et eo  
rum intercessionibus adiuue  
mur. **Per. Ruffi martyris.**  
**xxvii. augusti ferialiter sicut d**  
**uuo martire. Collecta.**

**D**a nobis quoniam domine glorio/  
sa natalicia ruffi martiris tui  
digne celebrare; et eius patro/  
cinio ab omni aduersitate men/  
tis et corporis liberari. **Per do.**

**Augustini doctoris et episco**  
**pi. xxviii. augusti Omnia festis**  
**ue de communi confesso. Ca.**

**Omnia pontifex. Collecta.**

**D**eus qui beatum augusti/  
num ecclesie tue in exponendis  
scripture sancte mysterijs do/  
ctorem optimum et electum an/  
tistitem preuidisti da nobis quoniam  
sumus eius doctrinis institui  
et oratione fulciri. **Per. Lc. l.**

**A**ugustinus doctor egre  
gus in prouincia affri/  
cana ciuitate carthaginiensi ex  
honestis valde parentibus pa/  
tre patricio matre monica o/  
-

tus. in liberalibus artibus sus/  
ficienter edoctus fuit adeo ut  
summus philosophus et the/  
tor luculentissimus haberet.

**Tu autem domine. Lc. secunda**

**N**ic in errorem manicheorum  
qui christum fantasma fuisse  
affirmant et carnis resurrecti  
onem negant incidit. sed tan/  
dem conuersus anno etatis sue  
tricesimo cum filio suo a deoda/  
to et allipio amico suo meritis  
sue matris et predicatione beati am/  
brosij sacrum baprisina susce/  
pit. **Tu autem domine. Lc. iiii.**

**P**rotinus autem in fide catho/  
lica mirabiliter confirmatur;  
spem omnem quam habebat  
in seculo dereliquit et scholis  
quas regebat abrenunciavit.  
Dehinc ad agros proprios re/  
uertitur ubi ieiunijs et oratio/  
nibus deo vacabat. libros scri/  
bebat. et indoctos docebat.

**F**ama autem eius? **Lc. quarta.**  
vbiq; diffundebatur et in omni/  
bus libris suis et actibus admi/  
rabilis habebatur. Tandem hy/  
ponensis ecclesie cathedra sus/  
cipere coactus adhuc uiuente  
beato valerio eiusdem ecclesie epi/  
scopo monasterium clericorum in/  
stituit. et secundum regulam a sanctis  
apostolis constitutam uiuere cepit.  
Habitu moderatus: mensa  
frugalis pauperum semper memor  
ex his que habere poterat libe/  
raliter exhibebat. **Tu. Lc. v.**



**H**ereticos vir sanctus vali-  
dissime confutabat. ita ut pub-  
lice predicarent peccatum non esse  
se interficere Augustinum. quem  
tanquam lupum occidendum di-  
cebant. et occisoribus omnia pec-  
cata sua a deo dimittenda as-  
serabant. Tante autem puritatis  
et humilitatis fuit ut etiam mi-  
nima peccata confitens Confes-  
sionis sue librum scripsit omni-  
bus patentem. Tu. **LECTIO. VI.**  
**O**mnem mira culis pluribus  
claruit. energuminos multos  
liberauit. florens tam exemplis  
virtutum quam affluentia doctri-  
narum. Qui tanquam sapientie  
lumen prefulgidum pugna-  
culum veritatis et fidei mun-  
damentum omnes ecclesie docto-  
res tam ingenio quam scientia vi-  
cit. Nam tanta scripsit ut non  
solum diebus ac noctibus scri-  
bere libros suos quis non pos-  
sit sed nec legere. Post tot la-  
bores anno etatis sue septua-  
gesimo septimo: episcopatus  
vero quadragésimo coram posi-  
tis fratribus et orantibus in pace  
ad dominum transmigravit.  
Tu autem. **Euangelium.** Nemo  
lucernam accendit. **In secun-**  
**dis vel. canitur de sancto Jo-**  
**hanne baptista. Decollatio sa-**  
**cti Johannis baptiste. xxix. au-**  
**gusti in primis vesperis psalmi**  
**feriales cum suis anti. R. Pos-**  
**tulante Hymnus. De tuo.**

**E**xpectatio iustorum. **Capitulum.**  
leticia. spes autem impiorum pe-  
ribit: fortitudo simplicis via  
domini et pauor his qui ope-  
rantur malum. **V.** Gloria et  
honore. **Sup mag an.** Argue-  
bat herodem iohannes propter  
herodiam quam tulerat fra-  
tris sui philippi uxorem. **Col.**  
**S**ancti iohannis baptiste et  
martiris tui domine quoniam veneranda  
solennitas salutaris auxi-  
lij nobis prester affectum. **Per.**  
**Post primum Benedicam.**  
**de sancto Augustino. In ma-**  
**tutinis Inuitatorum in primo**  
**et secundo nocturno an. ps. et**  
**de vno martire. Sermo bea-**  
**ti Johannis epi. Lectio prima.**  
**H**odie nobis iohannis  
virtus herodis feritas  
cum refertur confusa sunt vi-  
scera corda tremuerunt. cali-  
gant visus. hebuit intellectus.  
aufugit auditus. aut quod constat  
in sensibus humanis quando  
perdit virtutum magnitudi-  
nem criminum magnitudo  
Tu autem domine: miserere  
nobis. Deo gratias. **R.** Di-  
sit herodes rex manum ac tenuit  
iohannem et vincit eum in  
carcerem quia metuebat eum  
propter herodiam. Quam  
tulerat fratri sui philippi uxorem  
**V.** Arguebat herodem iohannes  
propter herodiam. Quam tulerat  
**Herodes inquit tenuit. Le. ij**  
**xx. liij**